



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De h[oc] q[uod] e[ss]e[m] nascet[ur] ex te sc[itu]m vocabitur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De eo quod nasceretur te sanctum

tere possit quod splendor ille inaccessibilis virginis se infuderit visceribus. Et etiam illa quod inaccessibile est accedere ad se ferre potuisset dum porciuncula eiusdem corporis tui se per omnia mediate contempauit reliqua massa umbraculum fecit. Et forte propter hanc marie dictum est obumbrabit tibi. quod nimirum in sacramento erat res. et quod sola per se trinitas in sola virgine operari voluit soli datum est nosse cui soli datum est expiri. deus spiritus sanctus etc. quod virtus potentia sua fecundabit te. et spiritus altissimi obumbrabit tibi. hanc est illud modum quod de spiritu sancto concipies spiritus dei et dei sapientia spiritus sic in suo secretissimo consilio obumbrando proteget et obumbrabit quatenus quod tamen non patri non habet et tibi etc. Et si angelus rideat virginem quod a me quod in te experientis. scies et feliciter scies. sed illo doctore quod auctore. ego autem missus sum nunciare virginalem conceptum. non creare. nec potest doceri nisi a donante. nec adipsi nisi a suscipiente. ideoque et quod nascetur etc. que non de homine sed de spiritu sancto concipies. Concipies autem spiritum altissimi. id est filium. ideoque et quod nascetur. id est non solum de sinu patris in utero tuum veniens obumbrabit tibi. sed etiam id de carne tua sociabit sibi. ex hoc iam vocabitur filius dei quemadmodum is est qui a patre ante secula genuit tuus omnino reputabitur filius. Sic quod et quod nascetur et ex ipso tuus erit filius et quod ex te nasceretur erit eius. ut tamen non sint hi filii secundum unum utriusque filius erit. Et licet aliud quod ex te aliud ex eo sit non tamen cuiusque sui. sed unum utriusque. ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. etc.

De hoc quod sequitur. Quod nascetur ex te sanctum. scilicet dei. Tu enim natura non nascatur sed persona. videtur quod dixisse debuisset quod ex te nasceretur. **¶** Item etiam ordo videtur incongrua filius est sanctum. **¶** Item filius dei est eodem multis. **¶** Quod bene soluit Damascenus. ut quod enim est ita simpliciter sanctum et absque addito credo quod non habuit quod proprie vel digne nominaret illud eximium illud magnificentium et reuerendum quod de purissima virginis carne cum sua anima unico patris erat unendum. Si diceret caro sancta vel sanctus homo vel hanc est sanctus infans quod quod tale poneret parum sibi dixisse videretur. posuit ergo indefinite sanctum. quia quicquid illud sit quod homo genuit sanctum proculdubio et singulariter sanctum est et per spiritus edificatorem et per verbi assumptionem.

De hoc quod dicitur. ecce Elisabeth cognata tua. que igitur vel ad quod in ducat. **¶** Et videtur quod ad certificandum dominam de predictis. **¶** Bern. Ne homo desperet de partu accepit exemplum sterilis. Item alia glo. q. d. Non debes hesitare. quod cognata tua etc. **¶** Contra. alia glo. Non quasi incredula hortatur ad fide. sed credenti que audierat apertiora referre miracula. ut que deum erat paritura. percursorum quod de ana sterili nascitur cognosceret. **¶** Item si illa est exemplum promissionis. hanc non videtur sile. quia ista et quod hanc probaret propositum. vel que etiam contra si vetula de vetulo concipit hominem. igitur homo sine viro concipiet et pariet deum et hominem. Item illud posset eam in credendo potius impedire quam non duceret nisi in simile.

Rō prima.

Solo.

Nō dixit caro
sancta.

Contra i